



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 33. Coloniensium tumultus propter hujus Urbis Archiepiscopum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

tanam erigeretur, atque soli sacræ Sedi Sæcul. XVI.
subjiciebatur: porro primus hujus Urbis A.C. 1581.
Archiepiscopus nominabatur Paleottus
Cardinalis, cui Papa Suffraganeos ad-
jecit Parmensem, Placentinum, Re-
giensem, Mutinensem, Imolensem, Cer-
viensem, & Cremonensem Episcopos:
verum progressu temporis Paulus V.
Cerviensem, & Imolensem Ecclesiam
Ravennatensi Archiepiscopo subjicit,
Bononiensi autem horum Suffraganeo-
rum loco Burgensem Episcopum adjecit.

§. XXXIII.

*Coloniensium tumultus propter hujus
Urbis Archiepiscopum.*

Cum interea Colonensis Electoratus Michael
ob fidei defectionem, qua hujus Ur- Iffelt hisl.
bis Archiepiscopus sese polluerat, gra- belli Colon.
vibus omnino tumultibus agitaretur, Spond. an-
summus Pontifex pariter ad sedandas
hasce turbas nullum non movebat la-
pidem. Ceterum hic idem Præsul erat
Gebhardus Truchsesius ex illustri Fa-
milia Comitum de Walburg in Suevia
ortus, atque Othonis Truchsesii vulgo
Augustani Cardinalis vocati Nepos, qui
vix Colonensem sedem adeptus Agne-
tem de Mansfeld Geresheimensis Mo-
nasterii Monialem, atque Ernesti Mans-
feldii Sororem deperire cœperat, cum-
que insanum suum amorem reprimere

E 2

adeo

Sæcul. XVI. adeo non intentus esset, ut sui officii,
A.C. 1581. quod Religioni, ac statui sacro libere
assumpto debebat, immemor hanc Vir-
ginem Bonnæ ineunte hoc anno sacri-
legis nuptiis sibi copularet: quoniam
vero sceleris abyssum plurium criminum
abyssum invocat, hinc idem Præsul re-
licta vera fide Augustanam Confessio-
nem in suum Electoratum invehere mo-
liebatur, ut suam ditionem, licet con-
jugatus esset, libere retinere posset:
verum Catholici scelestis ejusmodi con-
siliis sese opponere totis viribus adla-
borabant, ubi tamen hoc negotium
ad Augustana comitia remissum erat,
Nuenarius, & Salmenis Comites per-
versis Truchsesii, cui sanguine junci
erant, machinationibus suffragabantur,
ac nequidem expectata comitiorum sen-
tentia Nenarius Comes Protestantes
follicitabat, ut in Mechterensi pago
die septima Julii publicum sectæ suæ
cœtum haberent: attamen ea temeri-
tate hujus loci Magistratus tantopere
irritabatur, ut in congregatos hæreti-
cos tormenta explodere pararet: Co-
loniensi autem Capitulo hæc dissidia
componere intento Malheimi conven-
tus indicebatur, cui etiam Gebhardus
intererat, qui Nuenarium eo adegit,
ut Mechteranii ab hæreticis concio-
nem haberi prohiberet, ipse vero post-
ea

ea secessit Comitia accessurus, ad quæ **Sæcul.XVI.**
etiam Capitulum Fridericum Saxonem, **A.C.1582.**
qui hujus Ecclesiæ Canonicus erat, de-
putabat: interea Coloniensis Senatus
edito decreto præcepit, ut exteri om-
nes, qui ab anno Domini millesimo quin-
gentesimo sexagesimo sexto Coloniæ
sedem fixerant, ac præter Religionem
Catholicam alteri sectæ adhærebant, in-
tra unius Mensis spatum ex Urbe emi-
grarent: insuper Conciones haberi, se-
vere interdixit.

Altera ex parte Truchsesius, cum
Augustanæ Urbi jamjam appropinqua-
ret, comitia accedere a Cæsare prohi-
betur, quin ejus Deputati quicquam
eorum, quæ desiderabant, ab Impera-
tore obtinere possent: ergo Gebhardus,
quod voluntario consensu obtinere non
posset, per obfirmatam armorum vio-
lentiam perfringere paratus copias con-
ducit, ac repentina vi Bonnensem Ur-
bem obruit, vicinisque pagis præsi-
diario milite munitis Monasteria ac Diæ-
cesis thesaurum, qui in arce Bruelana
custodiebatur, diripuit, novosque mi-
lites conscripsit, & subditos in Sena-
tum Colonensem concitare nifus est,
qui nihilominus fideles permanerunt.

Hæc dum interea geruntur, Colo-
niense Capitulum summum Pontificem
de tota rei gestæ serie per suos Deputa-

E 3 tos

Sæcul. XVI. tos edocet: unde Gregorius XIII. hausta
A.C. 1582. aliunde hujus seditionis notitia, die
quinta Decembris datis literis Truch-
fesum ad officium redigere adlabora-
bat, insuper hanc in rem ipsem Cæ-
far ad eundem perscribebat: nec mi-
nus etiam Pontifex Trevirensem Archi-
episcopum rogabat, ut cum Truchfesio
conferret, eidemque labem nomini suo
inustam, ac calamitatem suæ Diæcesi
illatam ob oculos poneret: verum om-
nes hæ rationes haud ultra expugnare
poterant hujus Præsulis animum, qui
insano amore obcæcatus se a Protestan-
tibus Principibus potenter adjutum iri
sperabat.

Cum autem fama spargeret, quod
eo rem deducere intendat, ut tam Ar-
chiepiscopatus, quam Electoratus hæ-
reditario jure deinceps ad posteros, fi-
liosque suos devolverentur, hinc edi-
ctum promulgabat, in quo nequiter in-
terposita etiam juramenti religione pro-
fitebatur, quod ab eo tempore, quo
per divinam clementiam a Papatus te-
nebris ereptus esset, atque oculos suos
Verbi Divini luce illustratos per Dei
gratiā haberet, nihil aliud exoptarit,
nisi ut in sua vocatione persistere, ac
juxta conscientiæ suæ leges sui officii
partes explere, gregique suæ curæ de-
mandato puriorem doctrinam, legitimi-
mumque

mumque Sacramentorum usum proprii-
nare posset, interim spondebat, nul-
lam vim se conscientiis illaturum, sed
unice optaturum, ut quivis ex utraque
Religione in Imperii comitiis approbata
alterutram, quæ præplacuerit, pro suo
arbitrio amplectatur: de cetero autem
inquietabat, quod nunquam in mente ha-
buerit, Capitulum suo electionis jure
privare, minus vero ejus privilegia,
atque immunitates infringere, adeo,
ut tunc, si eum vel brevi, vel nonnisi
post longævos annos mori contingeret,
aut ob temporum vicissitudines Electo-
ratum abdicare cogeretur, novam ele-
ctionem ad Capitulum pleno jure de-
volvi sincere vellet.

§. XXXIV.

Pretiosa mors sanctæ Theresiae Car- melitarum Fundatricis.

Hucusque sancta Theresia suo Carme-
litarum Discalceatorum Ordini ad *S. M. Te-*
refia l. 3.
vitæ perfectionem promovendo semper
immoto studio intenta erat; postquam *Ville fore cap. 15.*
enim ferme viginti suæ reformationis *ibid. His.*
Monasteria erexerat, tandem nullis ad- *Ref. Carmel.*
versitatibus, quas malignus hostis ad-
versus eam suscitaverat, unquam fracta,
minus vero a firma in Deum fiducia,
ac patientiæ studio dejecta Burgis di-
scessit, & Palentiam, inde vero Medi-